



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXII. Bischof Albert von Halberstadt bestätigt dem Kloster Schöningen
einen mit Heinrich und Friedrich von Alvensleben geschlossenen
Gütertausch, am 21. Mai 1312.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

XXI. Heinrich und Friedrich von Alvensleben treffen einen Gütertausch mit dem Kloster
Schöningen, am 29. September 1311.

— — Henricus et Fridericus, milites, fratres, dicti de Aluenvleue, — — quatuordecim manfos liberos ab omni exactione et gravamine sitos in campis uille Hoyerstorp cum iure patronatus ecclesie eiusdem uille et una curia — — cum pratis, pascuis, siluis — — domino preposito et conuentui monasterii in Schenighe — — dedimus et assignauimus — — recipientes ab eisdem proprios et dimidium soluentes quatuor solidos in campis uille Hergrimstorp cum iure patronatus eiusdem uille manfos sitos in campis uille Bredenstede annuatim quatuordecim solidos soluentes sicut hactenus possederant facientes in restaurum. — — Datum et actum anno domini M^o. CCC^o. undecimo, in die beate michaelis archangeli.

Vollständig in Falk's Cod. tradit. Corbeiens. p. 788. sq.

XXII. Bischof Albert von Halberstadt bestätigt dem Kloster Schöningen einen mit Heinrich und
Friedrich von Alvensleben geschlossenen Gütertausch, am 21. Mai 1312.

Albertus, Dei gratia Halberstadenfis ecclesie episcopus, dilectis sibi in Christo preposito priori totique conuentui regularium canonicorum in Schenighe sinceram in domino Karitatem iustis petentium desiderii dignum est nos facile prebere assensum et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Ea propter utilitate ecclesie vestre pensata et uestris deuotis precibus inclinati permutationem honorum uestrorum, quam cum honestis et discretis militibus Hinrico et Friderico, fratribus de Alvensleue et eorum heredibus fecistis, uidelicet pro novem manfis in Hergrimstorp sitis et iure patronatus ecclesie uille eiusdem Magdeburgensis dyocefeos, et pro quinque manfis in Debbenem sitis recipientes ab eisdem quatuordecim manfos in Hoyerstorp sitos cum iure patronatus ecclesie ibidem uobis propter uicinitatem et situm loci magis competentes ab omni advocatia liberos prout in literis super hoc hinc inde confectis plenius continetur gratam et ratam habemus et presentibus sigillo nostro munitis in nomine domini confirmamus. Datum Halberstat, anno domini MCCCXII. in octava pentecostes, pontificatus nostri anno octavo.

Aus Lenz Becmannus enucleat. S. 243.